

archangeli medium talentum quamdiu vixerit pro usibus suis de censu claustrum supra-
dicti, quem censum nobilis dominus Meynherus burgravius Misnensis eidem Juthae
comparavit; tali tamen intervallo, quod post discessum dictae Juthae praetactus cen-
sus ad claustrum sanctae Crucis ut antea devolvatur. In cuius rei testimonium sigil-
lum nostri conventus praesentibus duximus appendendum praesentibus et testibus
subnotatis, strenuo milite Heinrico de Slynicz, Alberto de Malticz, Gunthero, Con-
rado de Mvnen, Reynhardo de Reysberg, domino Johanne plebano de Lezzenicz,
domino Hermanno plebano in Gruenbach et aliis quam pluribus fide dignis. Datum
anno domini M^o CCC^o XXXVII^o feria V^a post Johannis ante portam latinam. —

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem wohl erhaltenen Siegel an einem Perga-
mentstreifen.

No. 424. 1340. 5. März.

*Die Aebtissin Kunegundis und der Convent beurkunden, dass ihr Probst Ulmann von Dresden
Geldzinsen für ihr Kloster erworben hat, welche zunächst zwei Nichten desselben erhalten, nach
deren Tode aber zu bestimmten Zwecken verwendet werden sollen.*

In nomine domini amen. Quoniam semen mundanae conversationis in agro
sparsum saepius vilet ac arescit, si non aeternitatis rore humectetur, ut habundantius
fructum multiplicem germinet in futuro testante psalmista¹⁾: qui parce seminat parce
et metet, et qui in benedictionibus seminat de benedictionibus metet vitam sempiter-
nam, hinc est, quod nos Kunegundis divina miseratione abbatissa, Agnes priorissa,
Elyzabeth subpriorissa totusque conventus sanctimonialium in Valle sanctae Crucis
prope Misnam recognoscimus universis praesentibus et posteris praesentium notitiam
habitoris, quod honorabilis vir dominus Vlmannus de Dresden fidelis per omnia et
dilectus noster praepositus ac provisor viginti quinque solidos denariorum Vriber-
gensis monetae latorum in villa Swinsdorf^{a)} sitos cum omnibus suis pertinentiis
monasterio nostro praetacto procuravit fideliter per nobilem virum dominum Ottonem
de Donyng iugiter appropriari, quam quidem appropriationem eiusdem pecuniae cen-
sualis idem dominus noster .. praepositus divina motus elementia praedicto nostro
monasterio ratione sui perpetui testamenti assignavit, et huiusmodi censum voluit et
vult dari filiabus sui fratris Ludwici de Vryberg civis quondam in Dresden, vide-
licet Katherinae et Elyzabeth temporibus vitae suae possidendum et in usus suos
convertendum, nostro ad hoc maturo consensu accedente, una vero ipsarum sororum
dictarum per mutationem dextrae excelsi decedente, altera superstes eundem censum
obtineat similiter possidendum, sed ambabus defunctis ad monasterium nostrum sae-
pedictum census praefatus libere devolvetur, ita tamen quod memoratus census tali
sub forma dividatur, ut conventui dominarum nostrarum sanctimonialium medium
talentum singulis annis distribuatur et altari pronunc dicti domini .. praepositi per
advocatum .. Pirnensem fabricato et dotato similiter medium talentum tribuatur.
Residua autem pars supradicti census domino nostro .. praeposito necnon dominae

1) 2. Cor. 9, 6. a) Schweinsdorf, Par. Döhlen.